



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vera Sapientia**

**Pinamonti, Giovanni Pietro  
Segneri, Paolo**

**Coloniae, Anno M.D.CCVI.**

**VD18 12664146**

Quid ante Confessionem faciendum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50782](#)

CONSIDERATIO  
PRO CONFESSIO<sup>N</sup>E  
titè instituenda.

PUNCTUM I.

**Quid oporteat fieri ante  
Confessionem.**

I. **C**onsidera , quòd, quemadmo-  
dum non sufficit æquo judici,  
captum tenere latronem , sed & opus  
est eum tollere è medio, ne noceat im-  
posterum ; ità pariter non sufficiat; ac-  
curato examine indagâsse peccatum,  
sed necessarium insuper sit , ut reper-  
tum per pœnitentiam & contritionem  
tollatur.

Et in hoc dolore consistit essentia-  
liter perfectio confessionis , cuius ha-  
bendi desiderium non sufficit , nisi re-  
ipsa adsit, neque defectus ullo alio sup-  
pleri medio potest. Quamdiu non  
odisti mala commissa , pax iniri cum  
Deo vel obtineri venia neutiquam po-  
test

test. Hunc dolorem oportet obtineat  
à Deo supplici prece , & saepius repe-  
titâ, per merita sanguinis filii sui , tum  
etiam lectione ac ponderatione gra-  
vitatis peccati , in hoc libello adum-  
bratæ. Fac etiam procures omni stu-  
dio, ut hic dolor sit perfectus, hoc est,  
ut neque oriatur ex gehennæ metu;  
neque ex peccati turpitudine, sed vel  
maximè ex eo , quod sit Dei offensa,  
atque injuria summæ Majestati illata,  
contrarium etiam infinitæ illi Bonita-  
ti, quæ amari meretur ab omnium cor-  
dibus mortalium.

Aliam insuper conditionem, neces-  
se est, habeat dolor tuus, sine qua æquè  
foret inutilis : debet nimirum esse ef-  
ficax, seu conjunctus firmo proposito,  
nunquam amplius lethaliter peccan-  
di, nullo tempore , occasione nullâ,  
qualiscunque demum boni assequen-  
di , vel mali fugiendi causâ. Neque  
proinde sufficit , votum habere e-  
mendationis, sed requiritur voluntas  
efficax se emendandi; bonorum siqui-  
dem desideriorum plenus est infernus,

ut eorum est contra, qui firmiter volunt,  
plenum est cœlum. Atque hoc solum  
propositum, velut genuinum veræ  
confessionis effectum, timet dæmon,  
& quemadmodum ipse in id unice in-  
tentus est, ut propositum istud infrin-  
git, ita vicissim omni te studio oportet  
collaborare, ut implorata Dei ope, quâ  
omnia possumus, id ipsum coneris fir-  
mare. Ante omnia autem danda est  
opea, ut hoc propositum in evitandis  
proximis peccandi occasionibus for-  
tificatur effectum, ubi nempe ejusmodi  
proximum est peccandi periculum, ut  
pecces roties, quoties illi te objicis, sic  
si dominum forte aliquam adis frequen-  
tius, vel temporis fallendi, vel negoti-  
orum causâ, si personam aliquam in-  
tuis habes obsequiis, vel in ipsis etiam  
ædi bus, vel quoconque deum modo  
occasione tibi præbeat peccandi,  
statue tecum firmiter, removere peni-  
tius ejusmodi occasionem peccandi,  
quam suggesta inclinatio, familiaritas,  
amor, aut quoconque deum alio  
homine veniat, quod ad peccatum

In

inducit, nisi sit inter illa, quæ caveri omnino nequeunt.

Neque dicas; satis est, si promittam,  
non amplius me peccatum; cæteræ  
non interest, ut huic amicitiæ renunci-  
em; ne ita dicas, obsecro, id enim foret  
sibi iphi legem cedere pro lubitū suo,  
non autem servare legem Dei, qui non  
minus per calatum S. Spiritus, quam  
per os Doctorum omnium nobis in-  
tulcat debitum, fugiendi non solum  
peccatum, sed proximum etiam ejus  
incurrendi periculum. Dic potius, si  
sentis aliter, nec cœlum, neque ani-  
mam curio; renunciare malo Dei ami-  
citiæ, quam affectioni meæ erga hoc  
dealbatum sterquilinium, quod paulò  
post in fœdam dissolvetur putredinis  
veriumque saniem. Ita verum tu di-  
ces quidem, experiere tamen paulò  
post tuōmet damno, quam qualēm-  
que feceris commutationem.

PUNCTUM II.

*Quid in ipsa Confessione observandum.*

II. Considera modum ac habitum,  
quo comparete debet pecca-  
tor